



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

SS. Patrum, & Doctorum Concordia sub Papis Sæculi VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Restituit Romanis liberam electionem Pontificum Roman. suosque filios dat Papa Benedicto I I. & moritur.

Anno
Christi
nati

685

64. IVSTINIANVS II. Junior Imperat puer: Barbari p. ndere ei tributum petunt.

685

Corruptus dolose agit cum Papa: luitque barbaris fœdera rumpentibus.

686

Quinti sextam Synodum Erraticam tuetur contra Papam, quem ut approbet iubet cogi, aut capi: sed excommunicatur.

692

Exosus est populo, alium Imp. optanti.

693

A Leontio captus, naso truncatus relegatur.

694

65. TIBERIVS Absimaris ab exercitu in Arabia acclamatur.

696

Nititur euerte e electionem Papæ: sed potius inde roborati.

701

Capitur cum Leontio ab Iustiano I I. seipsum voto facto, restituente; autorem Erraticæ Synodi excommunicatum mittente Romam. 703. 704. Occiditur à Philippico

REGES ITALIÆ Longobardorum.

16. ADALWALDVS regnavit decennio vsque ad annum

621

17. ARIOWALDVS Arianus vsq. ad

637

18. Rotaris vsq. ad

653

19. Rodualdus vsq. ad

658

20. Aripertus vsq. ad

660

21. Gundipertus vsq. ad

662

22. Grimbaldus vsq. ad

670

23. Garibaldus vsq. ad

674

24. Pertaritus vsq. ad

692

25. CUNIERTVS Catholicus.

704

Concilium Sæculi VII. Papis conforum.

Oecumenica Synodus VI. Constantinopolitana, ducentorum nonaginta Patrum, anno 680. celebrata contra Monothelitas, sub Agathone Papa, & Constantino Pogonato Imperatore. Prouincialia passim plura.

SS. Patrum, & Doctorum Concordia sub Papis Sæculi VII.

HESYCHIVS siue Hsychius, Episcopus Hierosolymitanus, æqualis S. Gregorio ad quem dedit epistolam 40. li. 9. in Registro. Scripsit in Leuiticum ex Visione S. Hieronymi: vixit sub anno 601.

S. SOPHRONIVS Episcopus Ierosolymitanus, vixit sub Honorio PP. & Heraclio Imp. initio hæresis Monothelitarum contra quos pro fide orthodoxa fortiter stetit. Scripsit ad Sergium Papam in Synodo VI. Obiit an. 634.

IOAN. MOSCHVS, seu Euratus, scripsit ad S. Sophroniū Pratum spirituale, citatum in Synodo V.

LEON-

LEONTIVS vixit sub *annum* 630. scripsitque vitam S. Ioan. Eleemosynarii, citatum in Synodo II. Nicæn.

IONAS Anglus sub *annum* 630. scripsit vitam S. Columbani Apostoli Angliæ, Galliarum & Italiae.

S. ANTIQCHVS Monachus sub *annum* 614. vsque ad 630. scripsit 129. homilias.

S. ISIDORVS Junior Episcopus Hispalensis, Carthagine oriundus fuit. Futuræ indicium sapientiæ se dedit examen apum, in cunis circum infantis os obuolitans.

Puer tamen ob ætate tarditatem, & orbitionis metu è paterna domo profugiens, dum per agros erraret aspectu pitealis funis vsu attriti, monitus naturam vsu vincit, reuertit domum; Leander eum conclusum studijs applicauit; sicque coactus necessitatem vertit in virtutem scientiæ, mirificeque profecit, sic, vt Leandro mortuo succederet. Sub eo celebratum est Conc. Hispalense II. confudit, contuditque hæresim Acephalorum.

Idem præfedit Concilio Toletano IV. *anno* 633. vbi datum ei negotium, vt elucubraret Missalia & Breuiaria Hispanicae Ecclesiæ. Gessit Episcopatum XL. annis inclytus miraculis. Deliberatum fuit à Bonifacio VIII. essetne inter Doctores Eccles. præferendus S. Ambrosio, an quintus ijs adiciendus.

IOAN. CÆSARAVGVSTANVS Episcopus, integritate, eruditione, & ingenio beneficia egregius scripsit de ratione Paschatis celebrandi; vixit *an.* 630.

S. ELIGIVS Episcopus Nouiom-

sis, scripsit hom. 16. obiit *an.* 665. Mater ei⁹ grauida visa sibi videre aquilã supra lectulum volitare, seque tertium inclamare; omen nobilis virtutis.

Sub preciosis vestibus gerit cilicium in aula Dagoberti Franciæ: monasterium Solenniacam extruxit, aliudque Virginum Parisiis.

Claret miraculis. Antuerpienses & Flandros conuertit ad Christum.

S. MAXIMVS Abbas & Martyr, patria Constantinopolitanus, genere illustri, *anno* 640. inualescente Monothelitarum hæresi reliquit aulam, monachum professus fidei acerrimum præstitit defensorem, Honoriique Papæ: & Pyrrhum Episc. Constantinop. publica disputatione confudit; ideoque eiurantem Romæ Monothelismum, *an.* 645. Constans Imp. *anno* 656. tentauit eum per legatos, qui suasionibus, minisque inducerent ad subscribendum Typo seu Eccliesi; verum is remittit eos ab hæresi conuersos.

Alijs iterum missis perinde effecit nihil, nisi vt conuicti confusique eum traderent satellitio in exilium asportandum. Inde Constantinopolim retractus *an.* 657. calumnijs pluribus appetitus insons dire diseruciatur, finitque martyrio tertium exul.

S. LIDEPHONSVS Episc. Toletanus olim discipulus S. Isidori, sub Eugenio Episcopo fit Diaconus, dein sæculo renuncians constructo monasterio Monasticeu profiteretur, fitque *an.* 657. ex Abbate successor S. Eugenij. Ipso cum Rege precante ad sepulcrum S. Leogadiæ Virginis tumulus ebullijt, sarcophagi operculum, vix 30. viris mobile,

ultrò se pandit, ac S. reliquias ostendit. Varijs claruit miraculis, eximius Deiparæ cultor.

Intranti templum ad Matutinas id diuina luce coruscavit: accedens, aram Parthenicam conspicit. Deiparam in sella: quæ sic ad eum inquit; porrecta ei sacerdotali veste; Accipe, quod è thesauro Filij tibi munusculum trado, quo in nostræ vtaris festiuitate.

Me decorans laudibus dignus honore tali est. Dixit, & subumis abiit. Vestis miræ subtilitatis ac candoris in ecclesia Toleti asseruatur. Obijt an. 677.

S. IULIANVS Episc. Toletanus anno 680. scripsit contra Iudæos, & Prognosticon extremi iudicii: obijt an. 680.

ANASTASIVS Episcopus Nicænus sub annum 680.

SIMON METRAPHRATES. &c.
ADHELMVS. &c.

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholicæ, Nouatoribus contraria, Sæculi VII.

Exempli gratia.

I. *Missam esse Sacrificium* asserit hoc æuo *Seuerus Alexandrinus* in *Missâ Isidori*, de diuinis officijs. Et *Ioannes Casar Augustanus* de Ecclesiasticis officijs.

II. *In Eucharistia verum esse Corpus Christi* asserit *Casarius* homilia 5. *Isidorus* de Officijs, vt citat *Augustinum* lib. 6. *Originum* cap. 18. *Seuerus Alexandrinus* in *Liturgia*.

III. *Iustificacionem, & bona opera docet*

Casarius homilia 2. 4. 12. 15. *Isidorus* lib. 2. de summo bono, c. 2. & 5. *Adhelmus* epist. ad Geruntium.

IV. *Baptismum paruulorum ac Ritus illius* docet *Concilium Tolet.* IV. c. 5. *Isidorus* de summo bono c. 23. & lib. 6. *Ety. molog.* c. 18.

V. *Confessionem & Absolutionem sacramentalem* docet *Isidorus* l. 6. *Originum*.

VI. *Confirmationem per Chrisma* docet *Seuerus Alexander* in *Rituali*, *Isidorus* l. 6. *Ety. molog.* c. 18.

VII. *Purgatorium, & Orationem pro defunctis* docet *Isidorus* l. de *Offic.* *Casarius* Arelatenensis: *Seuerus* in *Liturgia*. *Metaphrastes* in *historijs Sanctorum*.

VIII. *Inuocationem Sanctorum* testatur *Seuerus* in *Liturgia*. *Ildefonsus* in *Virgine*. *Metaphrastes* in *Vit. Sanct.*

IX. *Imagines sanctorum* asserit *Concilium Oecumenicum VI.* *Constantinop.*

Hæresiarchæ in Sæculo VII. dissoni Papis.

MONOTHEITÆ, sic dicti, quod vnam voluntatem & vnam Operationem Christo tribuerent, ortum repetunt ex Ægypto inde ab anno 535. quando ab *Seuero Pisidiano*, sed *Apocrifario Constantinopolitano*, complures sunt hæreses progressæ; (de quo superiore sæculo.) Cumq; iidem nati ab eodẽ sunt *Monophysitæ*, qui vnam naturam Christo assignabant:

Tetradite, *Theopaschite*, *Apharodocite*, qui à dogmatib. tunc confictis môstro-